Epistola 272. GULIELMO ANSLARIO IOHANNES COCCEIUS.

Dilectissime gener.

Non potui facere, ut non ad te scriberem: quamvis indicastis,
vos jam numerare dies profectionis vestrae. Duas proponis
quaestiones. 1. quid videatur de ~~punctis~~ accentibus: et an possint vi-
deri e inventis à Masorethis? et sine notis distinctio con-
servata? Ad id respond. Mihi videri non facile fuis-
se Masorethis accentuum notas excogitare et introducere.
Deinde, meliorem esse distinctionem, quam habemus, quàm
ut videatur posse referri ad illos auctores. Denique sine
omnibus notis non facile fuisse eam conservare. Sed pa-
tem tamen nihilominus non posse affirmari, publica et
passim usurpata exemplaria eas habuisse. Verisimile au-
tem est, scribas omni tempore fuisse, qui eam lectionis
et distinctionis rationem accuratius allerent et alios
docerent. Neque enim primus Ezra fuit סופר. Jam
Esaiae tempore fuit intellectum, quid esset [illegible].
Obtinuit, ut traditionis omnis magistri vocarentur
Sopherim: ut nosti. 2. Annon dici possit, opera justi-
ficatorum mereri ex pacto? Scio, te posse tibi ad hor
respondere. Bene, quod non voluisti literas tuas venire
ulla quaestione. Considerandum, an opera justificato-
rumque possint mereri id, quod jam Christus meritus est, et

2. pag. fol. 730.

quod jam ipsorum est, quia justi sunt? Item, an opera
renatorum possint mereri secundum hanc sententiam:
Qui fecerit ea, et vivet in eis? Vel, An ea lex mutari
possit? Quod si quis dicat, etiam de necessitate justitiae
Christi ambigere licebit, et sic de justitia Dei et
porrò de toto Evangelio denique et de Promissione. Planum
igitur est, Haec verba, Qui fecerit ea, vivet in eis, esse
fundamentum totius Scripturae et omnis religionis.

f. verba

Parenti optimo precor longos dies in omni sanitate,
ut, si publice non amplius docendo, tamen consilio publice
et privatim eò magis prosit. De te nonnullam spem
habeamus, quam non spero te deserturum. Sed tamen
divinae providentiae rem committimus. Utinam te proximè
videre Middelburgensem. De matre sollicitissimus
vobiscum. De tua uxore, ut jussisti, bene speramus.

ut te tacitus.

Nos, per Dei gratiam, valemus, et fausta à vobis accipere
deinde et vos sospites videre cupimus. Valete.
Lugduni d. 25. Maij 1662.

Vestri amantissimus

Joh. Coccejus.

F Salutamus te, filiam, parentes, nepotes, ex animo.

Reverendo et doctissi-
mo viro D. Gulielmo
Anslario V.D.M.

Biervliege.

Middelburch ten huyse
van M.H. Jacobus Anslaer
bedienaer des Godlicken
woordts

port.